

Acta et Documenta Joannis de Pruetis Abbatis Praemonstratensis († 1596)

Textes publiés et commentés par (†) P. Em. VALVEKENS, O. Praem.

(suite et fin) *)

*Le Conseiller van der Burch à François de Moor,
religieux de Tronchiennes*

24 octobre 1594

Il déclare ne point s'opposer à une nouvelle nomination de De Moor comme prieur de Tronchiennes. Tout au plus a-t-il recommandé au prélat Schauteete un bon candidat pour la fonction du priorat.

Religiose Domine,

Qui tibi retulit me aliquam contra te indignationem concepisse aut in tuum preiudicium aliquid conatum esse, veritati pepercit. Si quidem nullis omnino aut vestre aut alterius abbacie negotijs me immisceo. Forte quidem Domino Abbati, dum nuper hic erat, aliquem ad prioratum commendavi, sed id levi tantum manu et rogatus rogavi, ignorans etiam quonam modo aut ratione eundem prioratum vacare contigisset. Letaborque si te apud Reverendum Dominum Generalem ita purgaveris ut pristino honori et officio restitui mereare. Bene vale.

Bruxella xxiii^a Octobris 1594.

Vestre Pietati addictissimus,
Joannes vander Burch

Copie notariale.

Arch. gén. du Royaume à Bruxelles, Audience, reg. 919, fol. 81 r^o.

*) *Analecta Praemonstratensia*, XXX (1954), 236-278; XXXI (1955), 136-158, 253-279; XXXII (1956), 102-144, 293-336; XXXIII (1957), 92-140, 318-329; XXXIV (1958), 51-95.

L'Abbé-Général Despruets à François van Vlierden

25 octobre 1594

Il approuve tout ce Vlierden a fait dans l'affaire de la légitimation du prélat de Langhe de Ninove.

La situation des abbayes françaises est fort triste.

Vlierden doit faire payer les tailles ordinaires.

Le manuscrit de cette lettre est endommagé. L'entête et les premières lignes de la lettre ont disparu.

probo omnia que in caussa Ninoviensi egisti. Et ne quis ex religiosis dicti monasterij insolescat adversus abbatem ²³⁵⁾ vel ne exprobre vitium paternum : omnem litem et contentionem sub penis perpetui carceris, etiam fratri Christiano ²³⁶⁾, interdictes autoritate nostra. Si qua vero controversia oriatur, coram nobis vel coram te, qui es Pater-Abbas, agant et conquiescant. Depauperantur enim monasteria propter huiusmodi rixas domesticas. Locatio autem fratri Christiano servanda est ad tempus donec deferbuerint huiusmodi contentiones. Tamen sue villicationis reddet rationem. Et consultius egisset Reverendus Ninoviensis si a Summo Pontifice impetrasset legitimationem. Objicit frater Christianus vitiosas literas legitimationis, eo quod positum sit : filium monache et soluti, cum tamen esset canonicus ²³⁷⁾. Hic error facile corrigetur Rome, si error sit.

Hic bellis attriti adhuc quotidianis et immensis vectigalibus opprimimur : rapinam bonorum cum gaudio sustinemus.

Tallie nobis et Ordini debentur in Brabantia. Rogo ut, si quas collegeris, eas fratri Joanni le pays, religioso nostro ²³⁸⁾ Duaci studenti, mittas quamprimum ; et reddet rationem nobis.

Vale feliciter.

Scripsi mea manu.

Premonstrati tui, 25 Octobris 1594.

Tuus confrater et amicus,

f. Jo. de Pruetis,

Abbas Premonstratensis.

Reverendo in Christo patri et confratri domino abbati Parcensi. Lovanij.

Pièce originale. Entièrement autographe de Despruets.

Archives de l'abbaye de Parc, liasse « Lettres reçues ».

²³⁵⁾ Antoine de Langhe, nouvel abbé de Ninove.

²³⁶⁾ Chrétien Sterck.

²³⁷⁾ Il s'agit des parents, dont de Langhe fut l'enfant illégitime.

²³⁸⁾ Jean Lepaige, religieux de Prémontré. Il édita plus tard la « Bibliotheca Praemonstratensis Ordinis ».

Le Général Despruets à François Schauteete, abbé de Tronchiennes
23 novembre 1594

François De Moor s'était rendu à Prémontré pour y avoir un entretien personnel avec Despruets. On y traita les longues difficultés desquelles De Moor fut la victime. Le 23 novembre 1594, alors que De Moor était à Prémontré, Despruets écrivit une lettre au prélat Schauteete. Le texte suivant n'en reproduit qu'un fragment.

Religiosos nostros metiamur eo pede, quo metiri velimus, si in eorum loco constitissimus. Non dubito quin possis eum restituere vel saltem honeste alere aut providere. Alioquin nisi provideris de honesto victu cogemur aliud remedium excogitare. Piget me toties ea de re scribere. Rogo iterum atque iterum ut illi sic provideatur honeste ut apud nos amplius non conqueratur. Erit tibi honori et Domino Regie Maiestatis Presidi de Burcht laetissimum.

Deinde verbaliter dictum fuit Priori — (François De Moor) — fratri Francisco de Moor : si abbas tibi non provideat, statim rescribe mihi et quomodo vel ubi cogendus sit vestris in partibus.

23 Novembris 1594.

Copie notariale incomplète. Deux exemplaires.

Arch. gén. du Royaume à Bruxelles, Audience, reg. 919, fol. 67 r^o et 86 r^o.

Augustin Rhodius, Prieur de Saint-Michel d'Anvers,
au Prélat Vlierden

5 février 1595

Pour redresser son abbaye, le prélat Feyten de Saint-Michel d'Anvers avait fait appel à des religieux de différentes abbayes. Parmi ceux-ci, Augustin Rhodius, religieux de l'abbaye de Parc, était devenu Prieur de Saint-Michel. Vers 1595, le prélat Feyten dressa lui-même une liste des différents religieux qui avaient séjourné dans son abbaye. Dans cette liste, dont nous avons donné le texte complet, Rhodius est signalé comme « frater Augustinus de Parco, qui fuit hic Prior ».

Rhodius signale tout d'abord certaines opinions telles que certains prélats se les chuchotent. On n'est pas content du Général Despruets lequel ne convoque plus le Chapitre Général. On maugrée en payant les tailles de l'Ordre. A quoi servent-elles ? On est mécontent du vicaire, Vlierden ; celui-ci ne se montre pas assez indé-

pendant vis-à-vis du Général. On manifeste — une nouvelle fois — certaines velléités de se séparer de Prémontré. La lettre de Rhodius est un témoin particulièrement intéressant de la mentalité que j'ai signalée.

Rhodius voudrait quitter l'abbaye de Saint-Michel et rentrer à Parc: Il ne s'entend plus avec le prélat Feyten. Celui-ci le prend parfois vivement à partie et venge sur le Prieur son mécontentement vis-à-vis du son couvent. Feyten ne s'occupe que de restaurer son abbaye que les rebelles avaient d'ailleurs maltraitée à plaisir. Mais, le couvent n'est pas servi de cet état de choses. Rhodius veut donc rentrer à Parc. Sur les vives instances du sous-Prieur de Saint-Michel, il consent à rester encore quelque peu à son poste.

† Soli Deo laus et honor.

Reverende in Christo Pater,

Intellexi ex quodam fide digno, abhinc paucis literas a Reverentia Vestra ad Reverendum Dominum Prelatum meum²³⁹⁾ esse datas, in quibus inter cetera de tallijs persolvendis agebat; quod, si non valeret, excusatorias remitteret ad Generalem²⁴⁰⁾ destinandas; quas Reverentiam Vestram iam accepisse arbitror.

Verum, quamvis contentum literarum optimum videatur Ordinique, si superficiem spectemus, utilissimum mihi non posset non placere, hoc unum tamen miratus fui, quod Reverentie Vestre occultum esse voluerit²⁴¹⁾. Quare summam rei transcribendam duxi et Paternitatis Tue iudicio relinquendam. Excusat itaque se eo quod visitationes cessent, nullusque in Urbe Ordinis Procurator habeatur. Deinde quod solvendo non sit propter exactiones quasdam tam episcopi quam Patrum, quarum causam esse scribit neglectus Capituli Generalis vel Provincialis²⁴²⁾. Denique nuper septem vel octo hic fuisse Prelatos Ordinis nostri congregatos atque his de rebus inter se familiariter egisse: quorundam opinionem fuisse scribit ut omnimoda a Francis separatio fieret, plerisque tamen magis placuisse ut venia Generalis Provinciale²⁴³⁾ impetraretur; quod nisi fieret, Ordinem perituum. Et videtur aliquando conquestus esse de pusil-

²³⁹⁾ Denis Feyten, Prélat de Saint-Michel d'Anvers.

²⁴⁰⁾ Le Général Despruets.

²⁴¹⁾ Le prélat Feyten a donc passé sous silence ce que Rhodius va communiquer.

²⁴²⁾ Il s'agit d'un Chapitre Provincial, à tenir aux Pays-Bas. On l'avait déjà fait en 1572. En 1596, après la mort de Despruets, on se concertera pour le faire une nouvelle fois. Durant les guerres de la Ligue, Despruets ne put pas convoquer le Chapitre Général.

²⁴³⁾ On propose la convocation d'un Chapitre Provincial, avec l'approbation du Général. Il n'y a, comme on le voit, rien de répréhensible dans ce plan.

lanimitate Reverentie Vestre in huiusmodi negotijs procurandis vel promovendis.

Scripseram nuper me desiderare redditum idque quia colligebam ex multis presentiam meam Reverendo Domino ²⁴⁴) non satis esse gratam, sed gravem potius et molestam. Quod postea apertius declaravit cum enim secreto eum monendum putarem per confessarium quatenus ab edificationibus (in quibus totus est) abstinere vel saltem temperare se dignaretur recordareturque relictum nuper a Reverentia Vestra facti ²⁴⁵) et colligeret hoc me procurasse, vehementer me obiurgabat me non intelligere relictum, asserens tantummodo prohiberi edificationes per quas monasterium gravari possit; quod se facile posse impedire dicebat si materialia, que collegerat, divendere vellet; quare videri ipsi quod potius advenissem ut eum regerem, etcetera. Respondi mihi satisfactum esse et conscientia urgente hoc procurasse. Dicebat insuper aliud se consilium quesitum eo quod isto modo conventum contra ipsum incitarem. Respondi nihil me minus fecisse vel cogitasse, sed potius contra me tale quod accideret precavere voluisse nec opus esse dicebam ut consilium quæreretur, cum ipse quod cupiebat procurassem, nimirum ut revocarer declaravi verbis et signis (servata semper debita modestia et reverentia); me etiam non aliud querere quam ut aliquando ab hoc onere liberarer. Revocatus interim, sed a Reverentia Vestra, quid responderit ad vestras novit Paternitas Tua. Interim veri quidam probi, etiam non infime sortis, dolentes de recessu meo instituerunt multum ut remanerem et Reverendum Dominum ²⁴⁶) induxerunt ut hoc a me ipse postularet, omnino necessarium contententes ut fieret. Horum itaque precibus motus, presertim tamen commiseratione dilecti mei confratris Supprioris ²⁴⁷), spocondi me (si bona Vestre Reverentie venia licet) ad tempus adhuc aliquod mansurum usque ad festum Pasche vel Penthecostes. Ad quem finem Reverendus Dominus rursus litteras alteras dedit, quibus hoc a Reverentia Vestra sibi concedi postulat; ad quas nihil adhuc responsi accepit. His paucis me Reverentie Vestre commendo et negotium hoc vestre prudentie relinquo sequarque in omnibus (ut equum est) consilium vestrum.

Raptim nimis festinante nuntio ipso Agathe a° 1595. Quare, si quid in stilo vel re reprehensione dignum repertum fuerit, dignabitur Reverentia Vestra condonare.

Reverentie Vestre obedientissimus filius,
f. Augustinus Rhodius, Prior indignus.

²⁴⁴) Le prélat Feyten.

²⁴⁵) Nous n'avons pas retrouvé le texte de ce Relictum.

²⁴⁶) Le prélat Feyten se laissa donc convaincre d'insister lui-même auprès de Vlierden pour retenir Rhodius à Saint-Michel.

²⁴⁷) Quel est ce Sous-Prieur ? Peut-être Antoine Pels.

Adresse : Reverendo in Christo Patri ac Domino D. Francisco Vlierden Abbati Parcensi. Bruxelles vel in Parco.

Pièce originale, entièrement autographe de Rhodius.
Archives de l'abbaye de Parc, XII, 1, doc. n° 127.

*Denis Feyten, Prélat de Saint-Michel, à Torrentius,
évêque d'Anvers*

avant avril 1595

Feyten envoie une requête à l'évêque. Depuis quelque temps, l'abbaye de Sain-Michel a organisé une procession annuelle en l'honneur de Saint Norbert. Feyten demande l'appui de l'évêque pour intéresser la ville entière d'Anvers à cette procession.

La pièce n'est pas datée. Elle date d'avant avril 1595, lorsque Torrentius mourut comme archevêque nommé de Malines.

Reverendissimo in Christo Patri ac Domino Domino Livino Torrentio, episcopo Antverpiensi.

Debita submissione praemissa, declarant Abbas et Conventus Divi Michaelis huius Civitatis, Ordinis Praemonstratensis, quoniam cum consensu Vestrae Reverentiae jam aliquoties in honorem Divi Norberti, eiusdem Ordinis ac abbatae fundatoris, celebraverint processionem per circulum vicinitali loci satis commodum. Sed, quoniam hic sanctus gratia Dei propitia non solum Ordinem istum ac monasterium istud hac in civitate instituit, sed etiam eandem civitatem heresi Tanchelina sacramentaria infectam ad catholicae ecclesiae unionem perduxit : dignum quoque videtur ut ab eiusdem civitatis incolis condigno veneretur honore. Quare abbas et Conventus praedictus Reverentiam Vestram rogatam velint, quatenus hanc festivitatem et processionem premissam sua autoritate confirmare, indulgentijs ampliare, clero et magistratui huius civitatis commendare dignetur : ut illam tamquam Apostoli sui festivitatem summa cum devotione colant et prosequantur. Et quia praedicta festivitas suo die (quae est 6 Junij) propter alias tum occurrentes Ecclesiae festivitates rarius servari potest : non incommodum quoque videretur si illa aut Dominica ante Penthecosten aut alio praefixo die magis convenienti Reverentiae Vestrae autoritate servetur. Idem quoque Reverentiam Vestram facturum speramus de processione jam a nobis aliquoties Vestrae Reverentiae autoritate celebrata in honorem Venerabilis Sacramenti feria secunda infra octavas eiusdem. Quod faciendo.

Pièce originale, autographe de Feyten.

Archives de la cathédrale d'Anvers, Capsa Dominorum, XVIII, 45, B.

Le vicaire Luc à François Schauteete, abbé de Tronchiennes

25 novembre 1595

Après ses longs démêlés avec le prieur François De Moor, le prélat Schauteete avait nommé un nouveau prieur. Le vicaire Luc avait recommandé à cet effet le religieux Liévin Hebberecht. Schauteete choisit le religieux Denis Sturtewaghen, homme déjà âgé et chargé de la cure de Tronchiennes. On réclama chez Luc. Celui-ci écrivit la lettre suivante.

† Reverende in Christo confrater,

Pro animi mei in Reverentiam vestram candore presentes exare volui, quibus te officij tui memorem faciam. Hic ego Bruxellis quorundam querimonam audiavi propter Prioris monasterij vestri functionem. Quem, dum Vestra Reverentia pastoris officio satisfacere compellit, in diversa distrahitur et neutri muneri rite incumbit. Suaseram alias, imo et preceperam, ut Hebrect sacram Scripturam ceteris prelegeret. Nihil tamen ab eodem fieri aiunt. Si eidem Prioris officium iniunxisses, dubio procul id prestare cum maiori autoritate potuisset. Nec est quod Vestra Reverentia moveatur propter hominis iuventutem. Experior in meo ipsius monasterio melius fieri a juniore iam ad id officij promotum quam hactenus a senioribus actum est. Cetera etiam metuere noli si vel tantillum intumescat vel in Reverentiam vestram insurgere audeat. Poteris eum semovere et ego presto sum nostram interponere etiam auctoritatem atque potestatem. Omnia tuo bene limato iudicio relinquens, precabor Deum ut Reverentiam Vestram diutissime incolumem et superstitem servet.

Bruxellis, ex domo vidue Vandezande xxv Novembris 1595.

Confrater vester et amicus bene syncerus,

fr. Joannes Lucius,

abbas Bonespei.

Reverendo in Christo Patri atque Domino Domino Abbati Trunchiniensi, confratri et amico meo bene sincero, Gandavi

Original, autographe de Luc.

Arch. gén. du Royaume à Bruxelles, Audience, reg. 919, fol. 83.

L'Abbé-Général Despruets à Denis Feyten, Prélat de Saint-Michel

3 avril 1596

Le 3 avril 1596, quelques semaines avant sa mort, Despruets fit un dernier effort pour faire enlever les reliques de Saint Norbert de l'église Sainte-Marie de Magdebourg, où les Protestants comman-

daient en chefs. Il s'était adressé à cet effet, le 30 mars 1588, au prélat Lohel de Srahov. Il s'adresse maintenant au prélat de Saint-Michel d'Anvers. Comme en 1588, il exige que la translation des reliques se fasse en dernier lieu à Prémontré même. Il semble ne pas vouloir renoncer à son beau rêve, de ramener les restes du Fondateur dans la maison-mère.

JOANNES A PRUETIS, in sacratissima Facultate Parisiensi Doctor Theologus, permissione divina et sanctae Sedis Apostolicae gratia inclyti monasterii Sancti Joannis Baptistae Praemonstratensis, Laudunensis dioecesis, humilis Abbas, et totius Ordinis Caput et Reformator generalis : dilecto nobis in Christo filio et confratri, Dionysio, Sancti Michaelis Antverpiensis Abbati, salutem et paternitatis affectum.

Quadringentesimus et ultra annus agitur, divum Norbertum, monasterii nostri fundatorem et Ordinis institutorem ac Magdeburgensem archiepiscopum, ad sedem beatorum commigrasse.

Et quia Dei gratia, qui mirabilis est in sanctis suis, ejus sacrum corpus in monasterio Beatae Mariae adhuc integrum manere, jam dudum certiores facti sumus, incultum tamen, inhonoratum et spreum propter haeresim in illis partibus nimis tenaciter grassantem, Tibi per praesentes mandamus et rogamus, ut si quos viros pios nactus fueris, qui illud sacrum corpus absque ullo tumultu religiose possint transferre, in tuum monasterium Sancti Michaelis, ubi multa per eum Deus est operatus et inde ad nos, ubi prima sua sedes fuit et Ordinis principium et origo est, tempore opportuno transferri possit, et honorificentius quam ubi est venerari, et a catholicis christianis et a nobis potissimum coli tamquam Pater apud Deum triumphans et pro nobis interpellans. Rem tuo nomine dignam, nobisque et toto Ordini gratissimam facies, et nos de omnibus commonefacies.

Praemonstrati, tertia Aprilis anno millesimo quingentesimo nonagesimo sexto.

Texte incomplet, publié par J. LEPAIGE, *Bibliotheca Praemonstratensis Ordinis*, pp. 871-872. Paris, 1634.

Mort de Despruets. — Témoignage de Jean Lepaige.

15 mai 1596

Dans sa *Bibliotheca Praemonstratensis Ordinis*, p. 987, Jean Lepaige donne le témoignage suivant sur la fin de carrière et la mort de Despruets.

« Igitur quamvis reverendissimus Dominus Despruetis ob bonorum et reddituum monasterij Praemonstratensis dilapidationem et

bellorum plusquam civilium calamitatem sollicitus esset erga plurima, uni tamen *quod est necessarium* fixus semper inhaesit. Nam praeter supplicationes quotidianas et orationes communes, quas pro pace iugiter fundi faciebat, orabat ipse in Missis et cellis cum Moyse et Aaron pro populo Dei et regni desolatione et divinam illis opem propitiabatur. Et sicut beata Magdalena nunc caput Christi Iesu. nunc corpus, nunc pedes ungere gratulabatur, sic ille nunc praelatis, nunc priori et canonicis suis, nunc nobilibus, nunc plebeis hominibus, nunc pauperibus et egenis ad Praemonstratum suum tamquam ad azilum confugientibus, dulcis hospitalitatis et obsequij gratiam impendebat, et quadam devotionis ac patientiae suavitate refovebat. Inter coetera hoc semper studiose curavit vigilantissimus pastor ne quid ovibus suis deesset. Diligebat quippe eas et maternis uberibus eas in sinu fovebat. Cum gaudentibus gaudebat, et cum lugentibus lugebat. Cuius velim praelatos nostros imitatores fieri.

« Tandem epidemiae morbo laborans, cum se moriturum intelligeret, rite et contrite confessus et Dominico corpore — postquam de reali eius praesentia deque eius fructu et effectu fides orthodoxa quid credere iuberet pie doctissimeque adstantibus fratribus disse-ruisset — saginatus, eos ad charitatem et pietatem et votorum suorum observantiam adhortatus, benedictione data eos ad ecclesiam Deum pro eius foelici exitu deprecaturi remisit. Tum ingravescente morbo, sacro oleo delibutus, sensibus integris, in oratione defixus, in illis verbis *Iesu fili David miserere mei* religiose in Domino obdormivit die decima quinta Maij Anno Domini 1593 et aetatis suae septuagesimo quinto, regiminis vero sui vigesimo primo, et in claustro stationis, prout petierat, sepultus sub lapide marmoreo nigro iacet ».

Lepaige se trompe en fixant l'an du décès en 1593. Ensuite, Despruets mourut, non pendant le 21^e, mais pendant le 23^e an de son abbatiat.

L'Épitaphe de l'Abbé-Général Despruets

15 mai 1596

Despruets fut enseveli dans le cloître de l'abbaye de Prémontré. Son tombeau portait l'épitaphe suivante.

Mihi hodie, cras tibi
Cy gist le corps de très docte et très Révérend
Père en Dieu
JEAN DEZ PRETZ,
en son vivant Docteur en Théologie et Abbé de céans ; lequel après

avoir religieusement gouverné cette maison & tout son Ordre, trespassa âgé de 75. ans, le 15. May 1596.

Priez Dieu pour son âme.

Epitaphe communiquée par C. L. HUGO, *Ordinis Praemonstratensis Annales*, t. I, col. 41.

Après la Mort de l'Abbé-Général Jean Despruets

1598

François de Longpré, le successeur de Despruets, chargea Servais de Lairuelz de la composition d'un nouveau Bréviaire Prémontré. Celui-ci parut en 1598.

Après la Préface, Lairuelz y a publié une petite poésie, dédiée à Longpré, où il parle encore du Général défunt, Despruets.

Servatii de Lairuelz ad Candidos Candidi Ordinis
Canonicos de extincti Patris per Dei gratiam
recuperatione, Carmen.

Quando naturae rapuere Patrem
Fata, non possunt iterum Parentem
Reddere, est, quemcumque dabunt, futurus
Vitricus asper.

Gratia at rursus potis est Parentem
Reddere, extincto penitus priore :
Haec pari vincit Patribus renata
Pignora lege.

Gratia haud nobis rigida est noverca :
Nam pio orbatis Patre, dat parentem
Larga Franciscum pius ecce coelo est
Missus ab alto.

Publié dans le Bréviaire de 1598, après la Préface.